Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26003
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Notanda diligenti narrationis series. in superficie quidem breuis et lucida. in intimis autem quam paruuli nec dum attingere ualent mysteria pondere grauida. Quid enim est ambulans ihesus. nisi mutabilitatis nostre particeps factus filius dei. Qui hominibus non ante cognitus ex eo cognosci cepit. atque diligi. ex quo ambulare cepit. de celo uenens in uterum uirginis. de utero in presepe. de presepe ad crucem. de cruce in sepulchrum. de sepulchro rursus in celum. Ex te ille notus esse cepit et dilectus. sicut ecce in canticis canticorum dicit. Oleum effusum nomen tuum. ideo adolescentule dilexerunt te. Quid est enim oleum effusum. nisi ubiu bonum. de corde patris eructuatum. Si igitur mites anime iam adolescentule s. iam quidem in adulta etate iobis exemplo cum discipulis ei firmo gradu stare didicerint. per indicium ipsi in hoc euangelio loquentis agnoscunt ihm ex eo quod ambulat. et sequentes eum tandem peruenuunt eo quidem ipse per diuinitatem manens inhabitat. Quod pulchre nobis innuit ex effectu confusionis eorundem discipulorum ei. Aut enim secum stantibus illis. Ecce agnus dei. Secundum naturam hominis eum ut supra dictum est agnum uocat. quia uidet sicut per immolationem agni pharao quondam fugat et seruitus filiorum israel soluta est. quod per manum moysi et aaron plagis immissis prius non poterat. sic per passionem. et per principem tenebrarum diabolum victus. et redemptio generis humani facta est. quod per legis antiquae precepta. uetere tamen sacerdotium sacrificia prius non poterat. Et audierunt eum duo discipuli loquentem. secutus s. ihs.

Non solum auditu corporis audierunt. sed solum tantum obaudierunt. et testimonium ei receperunt. Ille namque ut testis fidelissimus ea sepe intentione de illo loquebatur. ut illum posset quasi se auditores sui sequerentur. sicque fieret ad gloriam dei quod dicerat ipse. me oportet minui. illum autem crescere. Hanc igitur eius intentionem duo discipuli audierunt. et testimonium eius ut dictum est receperunt. dum loquente illo secutus s. ihm. Quando autem quisque sublimem dominum ihm ambulantem ut predictum est mente et pium affectum mobilitate sequi incipit. meditando scilicet et memoriter humanitatis eius uestigia tenendo. non tamen eum uiuentem et facie sua illum ostendit. ihc. idem maiestatis sue diuinam presentiam secundum quisque ambulat non statim in medio sublimis sequentibus aperit. quae presentiam intelligitur. sed eundem et ea quae de illo ad tempus fuerant. nam quasi pauca s. et fine habuerunt. sed quemadmodum carne gessit. passus est. tenaci memoria tamdiu ruminanda s. donec altissima eius diuinitas sese a sequentibus queri sentiat. et huc unde excessit quasi per dorsum suum respiciens. occulta inspiratione facie sua aliquem ex parte ostendat. Ne enim celo presidens magis sentit pseuerantem sequentium fidem. quam oculis intuitur hominem ambulans sentiebat tibi cogitantem. Sequitur. Conuersus ihc et uidens eos sequentes. dicit eis. Quid quaritis. Qui dixerunt. Rabbi. quod dicitur interpretatum magister. ubi habitas.

Bene ihc conuersus est dicitur. quidem an quisque supradicto modo ambularet assumo celo egressus. tot erat auersus. idem propter peccatum hominis uniuersum genus humanum ratus. Unde in gemiscens clamat. propheta. Peccauimus et tu irat es. et auertisti faciem tuam. Conuertere adhuc singulos eum in fide querentium respicere dignatur. De qua ei conuersione dicit in psalmo. Deus tu conuersus uiuificabis nos. Iterum. Conuertere domine. et eripe animam meam. Conuertere igitur ihc et uidet eos quasi se sequuntur. dum eos quasi incarnationis et passionis ei fide profitentes dignantur intuetur. S. sint